

SUMMARIVM  
**CONSTITUTI**  
TIONVM, DECLARA  
TIONVM, ET ORDINA  
TIONVM,

Quæ ad hanc usquæ diem pro bono regimine Sacri Ordinis Prædicatorum emanarunt.

A D I E C T I S P A R T I C U L I S P R I V I L E G I O-  
rum, & Constitutionum Sedis Apostolicæ, necnon decretorum  
Conc. Trid. ac Sact. Congreg. DD. Cardinalium iuxta cu-  
iuslibet tractatus exigentiam.

In quatuor partes eo ordine distributum, ut in prima, de Constitutionum  
editione, obligatione, duratione, mutatione & dispensatione, de adifi-  
cijs, de Ecclesijs & illarum cultu & de viuendi forma fratrum differa-  
tur. In secunda de diversis religiosorum statibus, gradibus, & officijs.  
In tertia, de forma electionis canonica, de eligentium, & eligendorum  
conditionibus, & quorumcumq; Praelatorum institutione auctoritate,  
munere simulque de quibus suis capitulis. In postrema, de delinquentium  
fratrum correctionibus, culpis, & paenit. Item.

S U M M A R I V M  
**CONSTITUTIONVM, ET ORDINATI-**  
num emanatarum pro bonis meribus Monialium, ac perso-  
narum tertij habitus sub cura eiusdem ordinis exci-  
stentium, additis eiusdem particulis.

Collectum, labore, & studio, P. Magist. Fr. Petri Mar-  
tyris Festi Vrce anni eiusdem ordinis professoris, ad utilitatem, &  
profectum obseruantiae regularis, tam sui, quam quorum-  
cumque aliorum ordinum.

MVRTI AE, Ex Typographia Augustini Martinez, Anno  
Domini M. DC. XV.



# BEATISSIMO PA- TRIARCHAE DOMINICO Gusmano Hispano, Ordin. Prædic. insti- tutori, & Patrono.

*Frater Petrus Martyr Festus Vrceanus. eiusdem  
Ordinis alumnus.*



NDVXIT me ad hoc Summarium co-  
adunandum Sanctiss. Pater, multiplex ra-  
tio. Primum quidem, quia in comitijs ge-  
neralibus Romæ coactis, anno 1608. com-  
missum Patribus reperitur, ut studio eru-  
ditorum aliquot Patrum ex diuersis Pro-  
uincij selectorum, illud conscriberetur  
& publicaretur. Deinde quia Adm. R. Pater Vicarius Ge-  
neralis Ordinis tunc, nunc ob egregias eius virtutes, & mul-  
tas res bene gestas, præcipue in Sanctiss. Inquisitionis offi-  
cio, Reuerendiss. P. Fr. Seraphinus Siccus Papientis ordinis  
tui Magister, & Moderator, monitis suis iampridem huic  
operi ad auxilium præstandum suasit. Demum ut quasi sine  
ordine dispersa, sub diuersis capitibus collecta, facilius que-  
rentibus inuenta apparent. Partes igitur Provinciarum &  
triusque Lombardiae qualis qualis ego sim agens hoc, Sum-  
marium edidi. Edant & alii, ut tandem completerum, & perfe-  
ctum prodeat ex pluribus, ad facilius mores religiosorum tuo-  
rum componendos. Interim vero, spem illam miram quam  
dedisti mortis hotate flentibus, dum post mortem promisisti  
te profuturum fratribus, imple nos tuis iuuans precibus. Et  
qui tot signis clavisti in ægrotum corporibus, nobis ope-  
ferens Christi ægris incedere moribus. Et mihi, qui tibi hes-  
tabores libenter offero, in mei erga te obseruantia signus,  
impetrare digneris ab Altissimo D. Deo criminum remis-  
sionem. Amen.

# SUPERIORIS FACULTAS.

**O**S Frater Seraphinus Siccus Papiensis,  
Sacrae Theologie professor, & in Romana  
curia totius ordinis Prædicatorum humi-  
lis Procurator, & Vicarius generalis. Mu-  
neris nostri ratio expositular, ut vitos do-  
ctrina insignes, morumq; integritate con-  
spicuos, qui pro animarum salute, & religionis nostræ aug-  
mento, dū laboross, & iugiter laborare dignoscimus, sinec-  
ra dilectione prosequamur. Quare cum ad. R. Patre Fr. Pe-  
trus Martyr Vreceanus, Magister nostræ Prouinciae Lombar-  
dix, ordinis præfati, typis committere exoptet, Summarium  
Constitutionum, & ordinationum capitulorum generalium,  
ac aliorum decretorum ad ordinem nostrum attinentium,  
pro communī utilitate fratrum conditum, ac super hoc no-  
stram requisiisset facultatem, eius petitioni annuere volen-  
tes, re prius participata cum Illustris. & Reuerendis. D. Car-  
dinali de Araceli, nostri ordinis Magistro generali, præfa-  
tam licentiam libenter elargiuntur, dummodo dictum Sum-  
marium iuxta seriem nostratum ordinationum, à duobus gra-  
uioribus Patribus accurate recognitum fuerit, iudicatum q;  
ut in lucem prodire possit, seruatis omnibus, quæ secundum  
decreta S. Concil. Trid. & Constit. Apostolicas super hoc  
editas de editione librorum, & eorum usu, seruari debent.  
In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Amen. Datum  
Romæ die 21. Ianuarij M.DC.XII.

*Fr. Seraphinus qui supra manu propriâ.*

**F**rater Lucas Castellinus Fauentinus  
Magist. & Socius.

APPENDIX



INCIPIT REGVLA  
BEATI AVGVSTINI  
EPISCOPI.



NT E omnia fratres charissimi diligatur Deus, deinde proximus, quia ista præcep ta sunt principaliter nobis data. Hæc igi tur sunt quæ ut obseruetis præcipiūs, in Monasterio constituti. Primum prop ter quod in vnum estis congregati, ut v naines habitetis in domo, & sit vobis anima vna, & cor vnum in Deo. Et non dicatis aliquid proprium, sed fiat vobis omnia communia, & distribuatur vnicuique vestrum à Preposito vestro virtus & regamentum, non æquiter omnibus, quia nō æqualiter valetis omnes, sed potius vnicuique sicut cuique opus fuerit. Sic enim legis in Actibus Apostolorum, quia erant illis omnia communia, & distribuebatur vnicuique, sicut cuique opus erat. (Rufus) qui aliquid habebant in seculo, quando ingressi fuerint Monasterii, libenter veliat illud esse commune. Qui autem non habebant, non ea querant in monasterio, quæ nec foris habere potuerunt. Sed tamē eorum infirmitati quod opus est tribuatur, etiam si paupertas eorum quando foris erant, nec ipsa necessaria poterat inuenire. Non tamen ideo patent se esse fœlices, quia inuenierunt vi ctim & regamentum, quale foris inuenire non potue ruit. Nec erigant cervicem, quia sociantur eis ad quos foris accedere non audebant, sed sursum cor habeant, & terrena vanam non queraut, ne incipiant Monasteria diuitibus

# SVMMARI

## PARS PRIMA.

### DE ORDINIS PRAEDICATORVM Institutione, Confirmatione, & Præstantia.

De Constitutionum editione, obligatione, & dispensatione, de  
ædificijs & Ecclesijs ac illarum cultu, & de moribus ac vi-  
uendi modo fratrum.

*De Ordinis Prædicatorum institutione, & Confirmatione.*

Cap. I.



ANNO Domini 1203, tempore Pontificatus In-  
nocentij 3. B. P. Dominicus Ordi. Prædicatorum  
Magister, & institutor, natione Hispanus, de vi-  
lla quæ dicitur de Calatoga Oxomensis diœce-  
sis, familia nobili Gusmanorum, vir scientia Dei  
plenus, vita sincerus, religione conspicuus, cepit

suum ordinem mente concipere in partibus Tholosanis, si qui  
dem eo tempore duodecim Abbates ordinis Cisterciensium cum  
Apostolicæ sedis Legato, misi sunt a Summo Pontifice ad eas  
partes ut fidem Catholicam prædicaret, & hereticam venenam Albi-  
gentium, quæ ea loca inficeret, pro viribus propulsaret, quibus  
de Hispania adiungetus fuit. Deinde Oxomelis Episcopos, &  
hic in comitatu suo habuit B. Dominicum. Post biennium ut redi-  
tibus ad propria D. Legato Episcopoq; Oxomensi, & alijs duo  
decim Abbatibus prædictis B. Dominicus cū paucis sibi adha-  
xerintibus permanens ibidem prædicationi, & heretorum impuga-

A